

# EPISTULA LEONINA

## XLVII

PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,  
QUOD ĒDITUR  
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI  
CUI NOMEN EST  
**LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.com/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS **GRATIS** ET **SINE ULLĀ OBLIGATIONE**. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **1 - 46** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina.php>

**MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUCEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.**

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM  
QUADRAGESIMAM SEPTIMAM (**47**)!

## ARGUMENTA

SENTENTIOLA GAUSSIANA – DE URBE ROMA (II) - VOCABULA DOMESTICA (XI).

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATEM AMANTIBUS  
SAL.PLUR.DIC. S.V.B.E.E.V.

***Cara Lectrix, Care Lector,***

*valdê gaudeo, quod mihi licet Tibi offerre Epistulam Leoninam quadragesimam septimam.*

*Primo loco Te monemus sententiolae, quam dicere solebat Carolus Fridericus Gauss princeps mathematicorum.*

*Secundo loco pernoscas symbolam Wikipedianam de Urbe Roma scriptam et Latinâ veste indutam.*

*Denique tertio loco Tibi offeram multa verba nova secundum praeceptum Ciceronis novis rebus imposita: VOCABULA DOMESTICA (XI).*

*Ergo haec Epistula Leonina est modica: tres tantum res habeo Tibi proponendas. Tamen placent verba Gaussiana: PAUCA SED MATURA.*

***Pancratice vale et perge mihi favere!***

***Medullitus Te salutat***

**Nicolaus Groß  
LEO LATINUS**



**<http://www.leolatinus.com/>**

**LEO LATINUS**

**Senden, ex oppidulo Bavariae Suebicae, die Veneris, 29<sup>o</sup> m. Apr., a.2011**



**PAUCA SED MATURA**

**CAROLUS FRIDERICUS GAUSS**  
**„Princeps mathematicorum“**

**(1777-1855)**

## DE URBE ROMA (II)

Symbola, quam e Wikipediâ encyclopaediâ liberâ  
excerpsit Nicolaus Groß


De Româ quid factum sit mediâ aetate adultâ novâque aetate



Proelio Ostiensi a.849 impeditus est arabicus impetus tertius.

Aetate Pippini Roma, quae mediâ aetate 20.000 (viginti milibus) tantum incolarum fuit, eo coepit reconvalescere, quod facta est Patrimonium Petri et praeter Hierosolymam atque Compostellam (*Santiago de Compostela*) urbs a piis Christianis peregrinatoribus maximê petenda. Denuo urbs splenduit, cum Carolus Magnus a papâ Leone III.o coronatus est Caesar Sacri Romani Imperii. Inter annos 843 et 849 Arabes Muslimi ter frustra conati sunt Romam expugnare, sed 846 direpta est pars Romae dimidia in Tiberis ripâ dextrâ sita.






Roma qualis fuerit aetate mediâ.

Inde ex anno 1300, annis sacris sequentibus cum sepulchrum *apostoli Pauli*, qui post incendium Romae *Nerone* auctore a.64 supplicium subiit, ipsâ in Urbe Româ esse ab ecclesiâ catholicâ putaretur, innumeraeque reliquiae sacrae inventae esse dicerentur, piis peregrinatoribus promissae sunt gratiae atque indulgentiae extraordinariae. Hoc fieri potuit cum aliis tum praecipuê, quia *Simon Petrus* dicebatur unâ cum *Paulo* supplicium sumpsisse et Romae sepultus esse. Hac de opinione historici usque hodie alii aliter sentiunt. Peregrinatores magno usui erant Urbi, quae ex 12.o saeculo studebat iure proprio se administrare. Urbs cum papâ *Arnoldo Brixiano* particeps litigans reviviscebatur, cum a.1155 *Friderico Barbarossâ* imperatore facto auctoritatem violenter perdidit. Renascentiae aetate Roma a.1527 desiit efflorescere ingenti direptione,



quae Italicè appellata est *Sacco di Roma*. Nam *Caroli V.i* milites mercennarii Romam diripuerunt vastaveruntque.



Roma qualis fuerit circa annum 1490.

Aetate christianâ constructa sunt multa aedificia magni momenti, velut quattuor basilicae patriarchales, quae sunt: *Basilica Sancti Pauli extra muros*, quae saeculo quarto supra sepulchrum apostoli Pauli est aedificata; *Basilica Laterana*, quae etiam aedificata est saeculo quarto, sed a.1646 a *Francisco Borromini* in sacrum annum 1650 ad genus aedificandi baroccianum redactum est; *Basilica Sanctae Mariae Maior* quinto saeculo exstructa; *Basilica Sancti Petri vel Vaticana*, cuius forma hodierna originem repetit ex aetate renascentiae et aetate baroccianâ.

lisdem aetatibus Urbs praecipuè insignita est ecclesiis, sed etiam novis viarum tractibus, quorum erant axes optici obeliscis impositi, palatiis, plateis, quibus inerant putei. Hic status Romae cum remaneret usque ad hodiernum diem, civitas Romae antiqua praeter Sedem Vaticanam titulo hereditii cultûs civilis mundani honorata est.



Conspectus Romae e septentrione factus, circa a.1640 delineatus.



Conspectus Romae e meridie factus, circa a.1640 delineatus.

## URBS AETERNA

Iam aetate caesareâ Romae impositum est nomen Urbis aeternae. *Vergilius* poeta Romanus illustrissimus (70–19 a. Chr.n.) secundum exemplum *Homeri* scripsit *Aeneida*, qua narrat, quomodo exortum sit et quantum valeat imperium Romanum. Hoc opus, quod iam antiquis temporibus adhibebatur ad discipulos instituendos, habebatur pro Romanorum carmine nationali. In eodem deus Iuppiter vaticinatur Romam fore in aeternum. Dicit Romanorum esse *parcere subiectis et debellare superbos*.

Exeunte quoque aetate caesareâ (saeculo quarto p.Chr.n. medio aut exeunte) nonnulli auctores dicunt Romam numquam esse interituram. *Ammianus Marcellinus* praefectus militum et historicus (circa a.333 – a.391) aeternitatem Romae eo explicat, quod narrat, Urbs cum conderetur, Virtutem et Fortunam foedus iunxisse pacis aeternae, quo auctrices essent Romam, dum homines viverent, esse exstaturam. *Aurelius Prudentius Clemens* autem iurisconsultus atque magistratus gradûs altioris (a.348- ca. a.405) ideam Romae aeternae comparavit cum ideâ Romae christianae. Qui dixit Imperio Romano gentes inter se coniunctas esse eiusdemque pace viam praeparatam esse a christianis ingrediendam. Praeterea Romam neque robore privatam esse neque consenuisse, sed, si bella gerenda essent, adhuc posse arma capere.

## Caput Italiae

Re publicâ ecclesiasticâ abolitâ Roma d.26. m.Ian. a.1871 facta est urbs Italiae novae principalis. *Mussolinio* dictatore dissensiones inter rem publicam et ecclesiam exortae a.1929 foederibus Laterani cum Sanctâ Sede pactis finitae sunt et *Civitas Vaticana* independens condita est. Altero bello mundano finito a.1946 Italia a rege relicta facta est res publica libera. A.1960 Romae facti sunt ludi Olympiaci septimi decimi.

### **Roma hodierna**

Magna aedificia saeculi vicesimi ferê omnia exstructa sunt in tribubus Urbis exterioribus, velut in Tribu Expositionis Romae Universali (E.U.R. = *Esposizione Universale di Roma*), ubi exempli gratiâ situm est Palatium Laboris (*Palazzo del Lavoro*). Sed mediâ in Urbe ad monumenta colenda raro permittuntur aedificationes. Hôc tempore magnae fiunt effossiones in locis Fororum Caesarum antiquorum. In modernâ quoque Urbe multis locis adhuc apparent parietinae antiquae. E.g. *Theatrum Pompeii* ad Campum Florum (*Campo dei Fiori*) primo saeculo a.Chr.n. aedificatum, in cuius propatulo aetate Gaii Iulii Caesaris fuit curia, ubi ipsum interfectum esse verisimile est, magnâ ex parte relictum est. At saeculorum decursu e plateâ spectatorum semirotunda facta sunt aedificia inhabitanda. Hodie enim eidem insunt hypogeum, stabulum autocinetorum subterraneum, cauponae, thermopolia, habitacula privata, deversoria. Omnia autem conclavia propter structuram theatri semirotundam formam habent trapezoideam.





**Colosseum quadratum in Tribu Expositionis Romae Universalis (E.U.R.) situm.**

Urbis parte antiquâ renovandâ Romanis saepe afferuntur magnae molestiae. Itaque nonnulli cives Romani negaverant ingens stabulum autocinetorum subterraneum a.2000 in colle tofoso ad *Plateam Sancti Petri* sito exstruendum esse, quia timuerant, ne delerentur reliquiae archaeologicae. Eâdem de causâ nondum est exstructa linea traminis subterranei tertia, quamvis sit maximê necessaria.

Etiam maiores difficultates exortae sunt suburbiis saepe parum pulchris, ubi plura fiunt scelera quam aliis in regionibus. Ibidem post alterum bellum mundanum in *Campaniâ Romanâ* aedificia exstructa sunt sine ullâ ferê curâ custodiâque publicâ, saepe a posteriori demum pecuniis expensis permissa. Ecclesiae cum mediâ in Urbe propter abundantiam suam vix possint conservari, in Urbis circumiectis saepe prorsus desunt. Adhuc in Urbe, cui olim infuerunt Thermae omnibus civibus patentes, vix ulla exstant balnea publica.



**Commeatus vehiculorum Romanus adhuc est magnâ difficultate.**

Incolae Urbis sat pecuniosi in aliquo e cavaediis, quae saepe plantis obsita diligenter coli solent, possident habitaculum, immo villulam in Urbe sitam. In summâ ex eo tempore, quo burgimagister electus est *Rutelli(us)*, qui partis politicae est Prasinorum, et *Silvius Berlusconi(us)* praeses Italiam gubernat, condicio Urbis parum melior facta est.



**Papa Iohannes Paulus II. in plateâ ante Ecclesiam Petri cathedralem sitâ versans.**

*Iohanne Paulo II.o Pontifice* Urbs bis tantâ affluentîâ hominum abundavit, quantâ numquam antea. Anno 2000 (bis millesimo) Die Iuventutis Universali ad missam sacram participandam duo miliones (vicies centena milia) hominum ad portas Urbis venerunt. D.8. m.Apr. a.2005 in Plateâ Sancti Petri sollemnium funeralium participes fuerunt ducenti rerum publicarum gubernationumque praepositi necnon tres quattuorve miliones hominum, qui ex omnibus terris mundi venerant; sed trecenta tantum milia eorum sedes acceperant, ceteri caerimonias spectaverunt in magnis albis magnetoscopicis exhibitas.





Ecce Ôs Veritatis (*La Bocca della Verità*)

(TERTIA PARS SEQUETUR !)

SYMBOLAM WIKIPEDIANAM  
DE URBE ROMA SCRIPTAM  
IN LATINUM CONVERTIT



**LEO LATINUS**

**NICOLAUS GROSS**

<http://www.leolatinus.com/>

## **VOCABULA DOMESTICA (XI)**

### **ex Orbe Picto pentaglotto excerpta et Latinê reddita**

CORBEIL, Jean-Claude/ARCHAMBAULT, Ariane: PONS Bildwörter-buch Deutsch-Englisch-Französisch-Spanisch-Italienisch. Stuttgart etc. (Ernst Klett Sprachen) 2003.

In hōc Orbe Picto mirabili 35.000 (triginta quinque milia) notionum imaginibus sunt illustrata et quinque linguis Europaeis denominata: Theodiscâ et Anglicâ et Francogallicâ et Hispanicâ et Italicâ. Nos autem coepimus addere vocabula Latina, quorum hōc loco praebemus partem earum sextam, quae spectant ad res domesticas (VII. DOMESTICA). Provinciae rerum, quarum imagines et vocabula in Klettiani Orbis Picti paginis 920 (nongentis viginti) inveniuntur, sunt hae quae sequuntur:

**I.ASTRONOMIA – II. TERRA – III.REGNUM PLANTARUM – IV.REGNUM ANIMALIUM – V.HOMO – VI.NUTRIMENTA ET INSTRUMENTA COQUINARIA – VII.DOMESTICA – VIII.AUTURGIA ET HORTICULTURA – IX.VESTIMENTA – X.INSTRUMENTA PERSONALIA – XI.ARS ET ARCHITECTURA – XII.COMMUNICATIO ET INSTRUMENTA GRAPHEICA – XIII.TRANSPORTUS ET VEHICULA – XIV.ENERGIA – XV.SCIENTIAE – XVI.ATHLETICA ET LUDICRA.**

Babae, quanta copia! quanta ubertas! quanta multiplicitas! Qui Orbis Pictus etiam lexicographis Latinitatis recentioris est aurifodina et cornu copiae. Nam iidem vocabulis linguarum, praesertim Romanicarum, in eodem indicatis usi saepe perfacile inveniunt vocabulum Latinissimum. En cara Lectrix, care Lector, habeas septimam partem domesticam huius enchiridii singularis vocabulis Latinis ditificatam.

**Nicolaus Groß**

**LEO LATINUS**

<http://www.leolatinus.com/>

<b>p.288 Haushalts- geräte</b>	domestic appliances	appareils électroménagers	aparatos electrodo mésticos	elettrodomesti ci	<b>Instrūmenta domestica</b>
<b>Dampfbügel- eisen</b>	steam iron	fer à vapeur	plancha de vapor	ferro da stiro a vapore	<b>*lēvigāment um vapōrārium</b>
<b>Spitze</b>	front tip	pointe avant	punta della plancha	punta	<b>apex, -icis m.</b>
<b>Einfüllöffnung</b>	filler hole	orifice de remplissage	boquilla de llenado	bocca di carico	<b>ōrificium implēbile</b>
<b>Dampfdüse</b>	spray	vaporisateur	vaporizad or	vaporizzatore	<b>*spargibulu m vapōrārium</b>
<b>Sprühknopf</b>	spray button	bouton de vaporization	botón del vaporizad or	pulsante del vaporizzatore	<b>+bōtō *sparsōrius</b>
<b>Gewebe- Einstellskala</b>	fabric guide	guide des températures	cuadro de temperatu ras	quadro delle temperature	<b>scāla temperātūr ae</b>
<b>Griff</b>	handle	poignée	mango	impugnatura	<b>manubrium, -ī n.</b>
<b>Netzkabel</b>	flex	cordon	cordón	cordone	<b>capulum, -ī n. [ThLL III 382,62]</b>
<b>Kabel- versteifung</b>	flex support	lève-fil	embocad ura del cable	supporto del cordone	<b>indūmentu m capulī</b>
<b>Kontroll- Leuchte</b>	pilot light	voyant lumineux	piloto	spia luminosa	<b>lūx index</b>
<b>Bügelheck</b>	heel rest	talon d'appui	talón de apoyo	tallone di appoggio	<b>calx lēvigāmentī</b>
<b>Bügelsohle</b>	soleplate	semelle	plancha	piastra	<b>solea lēvigāmentī</b>
<b>Temperatur- regler</b>	temperature control	réglage des températures	control de temperatu ra	termostato	<b>*thermostat um, -ī n.</b>
<b>Dampfstärke- regler</b>	spray control	contrôle de la vapeur	control del vaporizad or	regolatore del getto di vapore	<b>*rēgulāmen tum vapōrārium</b>
<b>Wasserstands- anzeige</b>	water-level tube	repère de niveau d'eau	nivel del agua	indicatore del livello dell'acqua	<b>*indicāmen librae aquāticae</b>
<b>Gehäuse</b>	body	capot	armazón	calotta	<b>capsa, -ae f.</b>
<b>Akku-Mini- Staubsauger</b>	hand vacuum cleaner	aspirateur à main	aspirador manual	miniaspiratutto	<b>*aspīrātrum manuāle</b>



<b>Lade-Anschluss-Buchse</b>	recharging base	socle-chargeur	cargador	presa per ricarica	<b>*carricāmentum,</b> -ī n.
<b>Staubbehälter</b>	dust receiver	godet à poussière	depósito de polvo	vano raccogli-polvere	<b>*pulvericipulum,</b> -ī n.
<b>Enriegelungstaste</b>	locking button	verrouillage	botón de cierre	pulsante di bloccaggio	<b>+bōtō</b> <b>+reserātōrius</b>
<b>Ein/Ausschalter</b>	on/off switch	interrupteur	interruptor	interruttore	<b>mūtāmen,</b> -inis n.
<b>Motorblock</b>	motor unit	bloc-moteur	motor	blocco motore	<b>*mōtrum,</b> -ī n.
<b>p.289 Handstaub-Sauger</b>	upright vacuum cleaner	aspirateur-balai	escoba eléctrica	aspirapolvere verticale	<b>*aspīrātrum verticāle</b>
<b>Ein/Ausschalter</b>	on/off switch	interrupteur	interruptor on/off	interruttore	<b>*mūtāmen,</b> -ī n. [Ei. VOX LAT.78,168]
<b>Schlauch</b>	hose	tuyau flexible	tubo flexible	tubo flessibile	<b>uter,</b> utris m.
<b>Bürste</b>	brush	brosse	cepillo	spazzola	<b>pēniculus,</b> -ī m.
<b>Zubehör</b>	tools	accessoires	accesorios	accessori	<b>rēs accessōriae</b>
<b>Höhenverstellung</b>	cleaner heat adjustment knob	sélecteur de hauteur	palanca de regulación de altura	manopola di regolazione dell'altezza	<b>plēctrum altitūdinis rēgulandae</b>
<b>Beutelfach</b>	bag compartment	compartiment de sac	cajetín portabolsa	scomparto del sacchetto	<b>*sacothēca,</b> -ae f.
<b>Zubehörfach</b>	tool storage area	compartiment d'accessoires	cajetín de accesorios	scomparto degli accessori	<b>thēca</b> <b>*accessōriālis</b>
<b>Boden-Staubsauger</b>	cylinder vacuum cleaner	aspirateur-traîneau	aspirador	aspirapolvere	<b>*aspīrātrum horizontāle</b>
<b>Verschluss</b>	locking device	système de verrouillage	seguro	dispositivo di bloccaggio	<b>reserāmentum,</b> -ī n.
<b>Saugrohr</b>	rigid tube	tube droit	tubo rigido	tubo rigido	<b>tubus rigidus</b>
<b>flexibler Schlauch</b>	flexible hose	tuyau flexible	tubo flexible	tubo flessibile	<b>tubus flexibilis</b>

<b>Luftaustritts-Schlitz</b>	ventilating grille	grille de ventilation	rejilla del ventilador	griglia di ventilazione	<b>crāticula</b> <b>*ventilātōri</b> <b>a</b>
<b>Stoßleiste</b>	bumper	pare-chocs	tope amortiguador	protezione antiurto	<b>scāpus</b> <b>tūtōrius</b>
<b>Lenkrolle</b>	caster	roulette	ruedecilla	ruota orientabile	<b>rota</b> <b>gubernia</b>
<b>Tragegriff</b>	handle	poignée	asa	maniglia	<b>manubrium,</b> <b>-ī n.</b>
<b>Haube</b>	hood	capot	tapa	calotta	<b>obtegmentu</b> <b>m,</b> <b>-ī n.</b>
<b>Bodendüse</b>	carpet and floor brush	suceur à tapis et planchers	boquilla para suelos y alfombras	spazzola per tappola e pavimenti	<b>*sūgibulum</b> <b>pavimentī</b> [cfr. Kritisch-etymologisches Wörterbuch der magyarischen Sprache von Gregor Dankovszky, Posenii 1833, p.865: „sugibulum, das Pfeifenrohr“]
<b>Kabel</b>	flex	cordon	cordón	cordone	<b>capulum,</b> <b>-ī</b> <b>n.</b> [ThLL III 382,62]
<b>Ansatzrohr</b>	extension tube	rallonge	tubo de extensión	tubo rigido di prolunga	<b>tubus</b> <b>extēsiōnis</b>
<b>Ein/Ausschalter</b>	on-off switch	interrupteur	interruptor	interruttore	<b>*mūtāmen,</b> <b>-ī n.</b> [Ei. VOX LAT.78,168]
<b>Saugzubehör</b>	cleaning tools	accessoires	accesorios	accessori di pulitura	<b>īnstrūmenta</b> <b>sūgendī</b> <b>accessōria</b>
<b>Polsterdüse</b>	upholstery nozzle	suceur triangulaire à tissus	boquilla para tapicería	bocchetta per tappezzeria	<b>*sūgibulum</b> <b>tōmentī</b>
<b>Saugbürste</b>	dusting brush	brosse à épousseter	cepillo-plumero	spazzola a pennello	<b>pēniculus</b> <b>pulverārius</b>
<b>Fugendüse</b>	crevice tool	suceur plat	boquilla rinconera	bocchetta per fessure	<b>*sūgibulum</b> <b>fissūrāle</b>
<b>Bürste</b>	floor brush	brosse a planchers	cepillo para suelos	spazzola per pavimenti	<b>pēniculus</b> <b>pavimentī</b>
<b>p.290 Dunstabzugs-haube</b>	extractor hood	hotte	campana	cappa	<b>*nīdōricipul</b> <b>um,</b> <b>-ī n.</b> [cf. EL 30,33; cfr. mūscipulum, *pingui-

					cipulum, *luticipulum, *pulvericipulum]
<b>Filter</b>	filter	filtre	filtro	filtro	<b>cōlum, -ī n.</b>
<b>Kochplatte</b>	surface element	serpentin	placa eléctrica	piastra elettrica	<b>discus coctōrius</b> [Ei. VOX LAT.81,16]
<b>Heizspirale</b>	tubular element	élément tubulaire	resistencia	serpentina	<b>elementum tubulāre</b>
<b>Anschluss</b>	terminal	borne	enchufe	terminale	<b>*terminal, -ālis n.</b>
<b>Auffangschüssel</b>	drip bowl	cuvette	protector	bacinella raccogliocce	<b>patella receptōria</b>
<b>Schutzring</b>	trim ring	anneau	arandela	anello di chiusura	<b>ānulus clūsilis</b>
<b>Gasherd</b>	gas cooker	cuisinière à gaz	cocina de gas	cucina a gas	<b>focus *gasicus</b>
<b>Abdeckung</b>	lid	couvercle de propreté	tapa	coperchio	<b>operculum, -ī n.</b>
<b>Kochmulde</b>	hob	table de travail	encimera	piano di cottura	<b>alveus coctōrius</b>
<b>Bedienleiste</b>	control pannel	tableau de commande	panel de mandos	quadro di comando	<b>tabula moderātōria</b> [2. cfr Diccionario de la lengua castellana, Real Accademia Espanola 1832, p.640, s.v. registro: "... horologii rotula moderatoria."]
<b>Backofentür</b>	door	porte	puerta	sportello	<b>foricula furnāria</b>
<b>Backofen</b>	oven	four	horno	forno	<b>furnus, -ī m.</b>
<b>Auszug</b>	drawer	tiroir	cajón calentaplatos	cassetto	<b>forulus ductilis</b>
<b>Backgrillrost</b>	rack	grille	parrilla	griglia	<b>crāticula assāria</b>
<b>Frontscheibe</b>	window	hublot	visor	finestra di controllo	<b>fenestra moderātōria</b> [v.s. Bedienleiste]
<b>Griff</b>	handle	poignée	tirador	maniglia	<b>manubrium, -ī n.</b>
<b>Regelschalter</b>	burner control knobs	robinets	mandos de los	manopole di comando dei	<b>+bōtōnēs</b>



			quemador es	bruciatori	<b>moderātōriū</b>
<b>Brenner</b>	burner	brûleur	quemador	bruciatore	<b>*ustrum, -ī n.</b>
<b>Rost</b>	grate	grille	rejilla	griglia	<b>crātis coctōria</b>
<b>Elektroherd</b>	electric cooker	cuisinière électrique	cocina eléctrica	cucina elettrica	<b>focus ēlectricus</b>
<b>Backofen- schalter</b>	oven control knob	réglage du four	botón del horno	manopola del forno	<b>+bōtō furnārius</b>
<b>Schaltuhr</b>	clock timer	horloge programmatrice	reloj	contaminuti	<b>hōrologium *programm a-ticum</b>
<b>Kontrollleuchte</b>	pilot light	voyant lumineux	piloto	spia luminosa	<b>lūx index</b>
<b>Schalter</b>	control knob	bouton de commande	botón de mando	manopola	<b>bōtō moderātōri us</b>
<b>Bedienleiste</b>	control panel	tableau de commande	panel de mandos	quadro di comando	<b>tabula moderātōria</b>
<b>Kochplatte</b>	cooker ring	serpentin	hornillo	piastra elettrica	<b>discus coctōrius</b>
<b>Herkante</b>	hob edge	rebord	borde	bordo del piano di cottura	<b>ōra alveī</b>
<b>Griff</b>	handle	poignée	asa	maniglia	<b>manubrium, -ī n.</b>
<b>Sichtfenster</b>	window	hublot	visor	finestra di controllo	<b>fenestra moderātōria</b>
<b>Auszug</b>	drawer	tiroir	cajón calientapla tos	cassetto	<b>forulus ductilis</b>
<b>Backofen</b>	oven	four	horno	forno	<b>furnus, -ī m.</b>
<b>Rost</b>	shelf	grille	parrilla	griglia	<b>crātīcula, -ae f.</b>
<b>Kochmulde</b>	hob	surface de cuisson	encimera	piano di cottura	<b>alveus coctōrius</b>
<b>Zusatzstecker</b>	timer socket	prise chronométrée	enchufe con control de tiempo	presa di corrente temporizzata	<b>spīna *chronomet rica</b>
<b>Blende</b>	black panel	dosseret	panel de mandos	alzata	<b>dorsum, -ī n.</b>
<b>p.291 Gefriertruhe</b>	chest freezer	congélateur coffre	arcón congelador	congelatore orizzontale	<b>arca gelātōria [Ei. 81,16]</b>
<b>Deckel</b>	lid	couvercle	tapa	coperchio	<b>operculum,</b>

					-ī n.
<b>Schloss</b>	lock	serrure	cierre	serratura	<b>claustrum,</b> -ī n.
<b>Truhenkörper</b>	cabinet	cuve	cuba	struttura esterna	<b>structura</b> <b>externa</b>
<b>Temperatur- regler</b>	temperature control	thermostat	termostat o	termostato	<b>thermostatu</b> <b>m,</b> -ī n.
<b>Tauwasser- ablauf</b>	defrost drain	bouchon de vidange	válvula de drenaje	valvola di drenaggio	<b>valvula</b> <b>dēfluvii</b>
<b>Korb</b>	basket	panier	cesto	cestello	<b>sportula,</b> -ae f.
<b>Kühlschrank</b>	refrigerator	réfrigérateur	frigorífico	frigorifero	<b>*refrīgerācu</b> <b>lum,</b> -ī n. [ducitur a verbo temporali, q.e.: refrīgerō, refrīgerāre. - vocabula comparabilia sunt: receptāculum, con-ceptāculum, habitāculum, tabernāculum, prōpugnā-culum, cēnāculum, tempe-rāculum, umbrāculum, sus- tentāculum, retināculum, tenāculum, +tentāculum, crepitaculum (dem. crepi- tācillum), curriculum, vehiculum, perpendicularum, retentāculum. - Huic suffixo inest significatio et receptaculi et instrumenti. Minus apta sunt nomina, q.s.: armārium frīgidārium (nimis longum) frīgidā- rium (vox Procrustēa, quia antiquitus valet aliam rem), refrīgerātor (sicut Caelestis Eichenseer iterum

					iterum que explicabat, non licet machinas instrumentave de nominare nominibus agentis); refrīgerātōrium (quia habet formam adiectivi parum utile ad nomina maiora componenda)]
<b>Eiswürfel-schale</b>	ice cube tray	bac à glaçons	bandeja para cubitos de hielo	vaschetta per cubetti di ghiaccio	<b>vās cubōrum glaciālium</b>
<b>Türstopper</b>	door stop	butée de porte	tope de la puerta	fermaporta	<b>*apocrūstēr, -ēris m.</b> [cfr neogr. ἀποκρουστήρ]
<b>Tür</b>	freezer door	porte	puerta del congelador	porta del congelatore	<b>foris</b> <b>*cryothēcae</b> [2.cfr LIDDELL & SCOTT p.1000: κύρος, εος, τό, icy cold, frost. ]
<b>magnetische Dichtung</b>	magnetic gasket	joint magnétique	imán	guarnizione magnética	<b>*dēnsātūra</b> <b>*magnētica</b>
<b>Griff</b>	handle	poignée	manilla	maniglia	<b>manubrium,</b> <b>-ī n.</b>
<b>Eierfach</b>	egg tray	œufrier	huevera	scomparto per le uova	<b>*ōothēca, -ae f.</b>  [v. LIDDELL-SCOTT s.v. "ᾠόν, τό, ... egg"; cfr Wikipedia s.v. (t.t. zoologicus): An <b>ootheca</b> (pl. <i>oothecae</i> ) is a type of egg mass made by any member of a variety of species (usually insects or mollusks). The word is a latinized combination of <i>oo-</i> , meaning "egg", from the Greek word <i>ōon</i> (cf. Latin <i>ovum</i> ),



					and <i>theca</i> , meaning a "cover" or "container", from the Greek <i>theke</i> . Ootheke in Greek means ovary.]
<b>Butterfach</b>	butter compartment	casier à beurre	compartimento para mantequilla	scomparto per il burro	<b>*büt̥yothēc</b> <b>a</b> , -ae f. [v. LIDDELL-SCOTT, s.v. "βούτυρον, τό, butter, ...also βούτυρος, ό ... βουτυροφάγος ...ου, ό, butter-eater"]]
<b>Innentür</b>	storage door	porte étagère	puerta del refrigerador	controporta attrezzata	<b>foris cellae</b>
<b>Fach für Molkereiprodukte</b>	dairy compartment	casier laitier	compartimento para lácteos	scomparto per i latticini	<b>*galactothēc</b> <b>a</b> , -ae f. [ v. LIDDELL-SCOTT s.v. γάλα, τό, gen. γάλακτος ... milk; op.mem., p.336: γαλακτοποιία.. production of milk,.. γαλακτοποσία drinking of milk... γαλακτοπότης milk-drinker, ...]
<b>Türfach</b>	door shelf	balconnet	anaquel	scomparto della controporta	<b>*thyrothēca</b> , -ae f. [v. LIDDELL-SCOTT s.v. 812: θυροφύλαξ, ακος, ό, door-keeper]
<b>Sicherheitsleiste</b>	guard rail	barre de retenue	listón	listarella	<b>retentāculum</b> , -ī n. [VEN.FORT.Vita S.Menardi 12]
<b>Abstellrost</b>	shelf	clayette	rejilla	ripiano	<b>crātis</b> <b>dēpositōria</b>
<b>Obst- und Gemüseschale</b>	salad crisper	bac à légumes	cesto para verdura	cassetto per la verdura	<b>opōrothēca</b> , -ae f.

					<p>[VARRO rust.1,2,10 Fundi enim eius propter culturam iucundiore spectaculo sunt multis, quam regie polita aedificia aliorum, cum huius spectatum veniant villas, non, ut apud Lucullum, ut videant pinacothecas, sed oporo thecas. id. 1,59,2 ... Praesertim cum id non sit faciendum, quod quidam fecerunt, ut Romae coempta poma rus intulerint in oporothecon instruendam convivi causa. In oporotheçâ mâla manêre putant satis commode... ; LIDDELL-SCOTT p.1243 ὀπωροθήκη, ἡ, fruit-room, VARRO RR1.59 ]</p> <p><b>lachanothēca</b>, -ae f. [LIDDELL-SCOTT, p.1032: λαχανοθήκη, ἡ, dish or pot for vegetable]</p>
<b>Glasplatte</b>	glass cover	tablette de verre	bandeja de vidrio	lastra di vetro	<b>lāmina vitrea</b>
<b>Kühlfach</b>	refrigerator compartment	réfrigérateur	espacio interior	scomparto del frigorifero	<b>thēca</b> <b>*refrīgerāculi</b>
<b>Rasterleiste</b>	shelf channel	crémaillère	riel para las rejillas	griglia dei ripiani	<b>scāpus crātium</b>
<b>Fleisch- und Wurstfach</b>	meat keeper	bac à viande	cajón para carnes	cassetto per la carne	<b>*creothēca</b> , -ae f. [LIDDELL-SCOTT p.992:

					κρέας, τό, ... gen. κρέως...flesh, meat..." id.p.993: "κρεο-, repre senting stem of κρέας in compds., ...". id. p.994: "κρεοθήκη, ή, larder"] <b>*allānthēc</b> <b>a,-ae f.</b> [LIDDELL- SCOTT p.68: "ἀλλαντοποιός, ό, maker of sausages, ... ἀλλαντο- πώλης,ό, sausage-seller... ἀλλᾶς, ἄντος, ό, force-meat, sausage or black- pudding.."]
<b>Schalter</b>	switch	interrupteur	interruptor	interruttore	<b>*mūtāmen,</b> <b>-inis n.</b>
<b>Temperatur- regler</b>	thermostat control	commande de température	termostat o	termostato	<b>*thermostat</b> <b>um,</b> <b>-ī n.</b>
<b>Gefrierfach</b>	freezer compartment	congélateur	congelado r incorpora do	scomparto del congelatore	<b>*cryothēca,-</b> <b>ae f.</b> [LIDDELL & SCOTT p.1000: κύος,εος,τό, icy cold, frost]
<b>p.292 Wasch- maschine</b>	washing machine	lave-linge	lavadora	lavatrice	<b>māchina</b> <b>lavātōria</b> [José Maria Mir, Nova verba Latina, Barcelona (Claret) 1970. p.233]
<b>Wasserstands- regler</b>	water-level selector	sélecteur de niveau d'eau	selector de nivel de agua	selettore del livello dell'acqua	<b>*sēlēctrum</b> <b>librae</b> <b>aquāticae</b>
<b>Temperatur- wähler</b>	temperature selector	sélecteur de température	selector de temperatu ra	termostato	<b>*thermostat</b> <b>um,</b> <b>-ī n.</b>
<b>Programm- wähler</b>	control knob	programmeur	programa dor	programmator e	<b>moderāmen</b> <b>tum,</b>

					-ī n.
<b>Deckel</b>	lid	couvercle	tapa	coperchio	<b>operculum,</b> -ī n.
<b>Beweger</b>	agitator	agitateur	agitador de aspas	centrifuga	<b>*agitābulu</b> <b>m,</b> -ī n.
<b>Gehäuse</b>	cabinet	carrosserie	armazón	struttura esterna	<b>capsa,</b> -ae f.
<b>Laugenbottich</b>	tub	cuve	cuba	vasca	<b>cupa,</b> -ae f.
<b>Schwingungs- dämpfer</b>	suspension arm	bras de suspension	brazo de suspensió n	braccio di sospensione	<b>bracchium</b> <b>suspēnsiōnis</b>
<b>Ablauf- schlauch</b>	drain hose	tuyau d'évacuation	manguera de desagüe	tubo drenaggio	<b>uter defluvii</b>
<b>Entleerungs- schlauch</b>	emptying hose	tuyau de vidange	manguera de vaciado	tubo scarico	<b>uter</b> <b>ēvacuandī</b>
<b>Nivellierfuß</b>	levelling foot	ped de nivellement	pie ajustable	pedino regolabile	<b>pēs</b> <b>extēnsīvus</b>
<b>Pumpe</b>	pump	pompe	bomba	pompa	<b>antlia,</b> -ae f.
<b>Feder</b>	spring	ressort de suspension	resorte	molla	<b>elatēr,</b> -ērī m.
<b>Keilriemen</b>	drive belt	courroie d'entraînement	correa del tambor	cinghia di tramissione	<b>lōrum</b> <b>cuneātum</b> [Ei. VOX LAT.82,330]
<b>Drehmoment- wandler</b>	torque converter	convertisseur de couple	convertido r de tensiōn	convertitore di coppia	<b>*converticul</b> <b>um</b> <b>cōpulātivum</b>
<b>Motor</b>	motor	moteur	motor	motore	<b>*mōtrum,</b> -ī n.
<b>Getriebe</b>	transmission	transmission	transmisio n	trasmissione	<b>*mēchanism</b> <b>us</b> <b>trānsmissiō</b> <b>nis</b> [SL 51,13]
<b>Flusensieb</b>	lint filtre	filtre à charpie	filtro de pelusa	filtro per lanugine	<b>cōlum</b> <b>floccōrum</b>
<b>Trommel</b>	drum	panier de lavage	tambor	cestello	<b>tympanum,</b> -ī n.
<b>Bottichrand</b>	tub rim	rebord de cuve	borde de la cuba	orlo della vasca	<b>ōra cupae</b>
<b>Blende</b>	backguard	dosseret	alzado	alzata	<b>dorsum,</b> -ī n.
<b>Bedienleiste</b>	control panel	tableau de commande	panel de control	quadro di comando	<b>tabula</b> <b>moderātōria</b>
<b>p.293 Wäsche-</b>	electric tumble dryer	sèche-linge electrique	secadora de ropa	asciugatrice	<b>*siccātrum</b> <b>lavandāriōr</b>



<b>trockner</b>					<b>um</b>
<b>Temperaturwähler</b>	temperature selector	sélecteur de température	selector de temperatura	termostato	<b>*sēlectrum temperātūr ae</b>
<b>Bedienleiste</b>	control panel	tableau de commande	panel de control	quadro di comando	<b>tabula moderātōria</b>
<b>Programm-wähler</b>	control knob	programmeur	programador	programmator e	<b>moderāmentum,</b> -ī n.
<b>Blende</b>	black panel	dosseret	panel de mandos	alzata	<b>dorsum,</b> -ī n.
<b>Türschloss</b>	door switch	interrupteur de la porte	interruptor de la puerta	interruttore del portello	<b>*mūtāmen portellae</b> [1.Ei. VOX LAT.78,168]
<b>Tür</b>	door	porte	puerta	portello	<b>portella,</b> -ae f.
<b>Gehäuse</b>	cabinet	carrosserie	armazón	armadio	<b>capsa,</b> -ae f.
<b>Nivellierfuß</b>	levelling foot	pie de nivellement	pie ajustable	pedino regolabile	<b>pēs extēnsīvus</b>
<b>Heizelement</b>	heating element	élément chauffant	resistencia	elemento riscaldante	<b>elementum calefactōrium</b>
<b>Sicherheits-thermostat</b>	safety thermostat	limiteur de surchauffe	termostato de seguridad	termostato di sicurezza	<b>*thermostat um sēcūrītātis</b>
<b>Motor</b>	motor	moteur	motor	motore	<b>*mōtrum,</b> -ī n.
<b>Gebläse</b>	fan	ventilateur	ventilador	ventilatore	<b>ventilābrum,</b> -ī n.
<b>Fusselfilter</b>	fluff trap	filtre à charpie	filtro de pelusa	filtro per lanugine	<b>cōlum floccōrum</b>
<b>Trommel</b>	drum	tambour	tambor	tamburo	<b>tympanum,</b> -ī n.
<b>Mitnehmer-Rippe</b>	vane	ailette	aleta	pala	<b>āla,</b> -ae f.
<b>Warmluftzufuhr</b>	heating duct	conduit de chauffage	conducto de aire caliente	condotto di riscaldamento	<b>conductus āeris calefactōrii</b>
<b>Einschalter</b>	start switch	interrupteur de démarrage	interruptor	pulsante di accensione	<b>*mūtāmen +expeditōrium</b> [1.Ei. VOX LAT.78,168; 2. MLW III,11,p.1625]

<b>p.294 Geschirr- Spül- maschine</b>	dishwasher	lave-vaisselle	lavavajilla s	lavastoviglie	<b>māchīna ēlūtōria</b> [→ Eichenseer, Palaestra Latina 63,133sq.]
<b>Bedienleiste</b>	control panel	tableau de commande	panel de control	quadro di comando	<b>tabula moderātōria</b>
<b>Kontrolleuchte</b>	pilot light	voyant lumineux	piloto	spia luminosa	<b>lūx index</b>
<b>Programm- wähler</b>	program selector	programmateur	programa dor	programmator e	<b>moderāmen tum, -ī n.</b>
<b>Drucktaste</b>	push-button	bouton-poussoir	botón- selector	pulsante	<b>+bōtō pressōrius</b>
<b>Belüftungs- Schlitz</b>	air-vent	grille d'aération	rejilla de la ventilaci ón	sfiatatoio	<b>*āericipulu m, -ī n.</b>
<b>Riegel</b>	latch	loquet	palanca de cierre	chiusura a scatto	<b>repāgulum, -ī n.</b>
<b>Korb</b>	rack	panier	cesto	cestello	<b>sporta, -ae f.</b>
<b>Wascherarm</b>	wash tower	tourelle	torrecilla de lavado	torre di lavaggio	<b>turricula ēlūtōria</b>
<b>Isoliermaterial</b>	insulating material	isolant	aislante	materiale isolante	<b>māteria *īnsulātrīx</b>
<b>Bottich</b>	tub	cuve	cuba de lavado	vasca	<b>cupa, -ae f.</b>
<b>Schiene</b>	slide	glissière	riel corredizo	guida	<b>rēgula, -ae f.</b>
<b>Wasser- schlauch</b>	water hose	conduite d'eau	manguera de alimentaci ón	tubo di alimentazione dell'acqua	<b>uter aquāticus</b>
<b>Heizelement</b>	heating element	élément chauffant	resistenci a	elemente riscaldante	<b>elementum calefactōriu m</b>
<b>Ablauf- schlauch</b>	drain hose	tuyau de vidange	manguera de desagüe	tubo di drenaggio	<b>uter dēfluvīi</b>
<b>Pumpe</b>	pump	pompe	bomba	pompa	<b>antlia, -ae f.</b>
<b>Nivellierfuß</b>	levelling foot	ped de nivellement	pie ajustable	pedino regolabile	<b>pēs extēnsīvus</b>
<b>Motor</b>	motor	moteur	motor	motore	<b>*mōtrum, -ī n.</b>
<b>Besteckkorb</b>	cutlery basket	panier à couverts	cesto para cubiertos	cestello per le posate	<b>sportula īnstrūmentō rum ēscāriōrum</b>
<b>Klarspülmittel- Behälter</b>	rinse-aid dispenser	distributeur de produit de rinçage	recipiente del	serbatoio per il	<b>receptāculu</b>

			abrillantador	brillantante	<b>m</b> <b>*ēlūmentī</b>
<b>Dichtungsring</b>	gasket	joint	junta	guarnizione	<b>*dēnsāculum, -ī n.</b>
<b>Reinigungsmittelbehälter</b>	detergent dispenser	distributeur de détergent	recipiente del detergente	vaschetta per il detersivo	<b>receptāculum</b> <b>*dētergimentī</b>
<b>Scharnier</b>	hinge	charnière	bisagra	cerniera	<b>cardō, -inis m.</b>
<b>Überlaufschutz</b>	overflow protection switch	dispositif antidébordement	regulador de entrada de agua	dispositivo anti allagamento	<b>*redundāculum, -ī n.</b>
<b>Sprüharm</b>	spray arm	bras gicleur	pulverizador	braccio spruzzante	<b>bracchium sparsōrium</b>
<b>p.295 Haushaltsgegenstände</b>	household equipment	articles ménagers	artículos de limpieza	attrezzi domestici	<b>rēs domesticae</b>
<b>Geschirrtuch</b>	kitchen towel	torchon	bayeta de cocina	strofinaccio da cucina	<b>pannus culīnāris</b>
<b>Kehrschaufel</b>	dustpan	pelle à poussière	recogedor	paletta	<b>vatillum quisquiliārum</b> [1. VARRO rust.3,6,5]
<b>Besen</b>	broom	balai	escoba	scopa	<b>scōpae, -ārum f.pl.</b>
<b>Stiel</b>	handle	manche	palo	manico	<b>asserculus, -ī m.</b>
<b>Borsten</b>	fibres	fibres	credas	setole	<b>saetae, -ārum f.pl.</b>
<b>Mop</b>	mop	balai à franges	fregona	scopa frangia <sup>a</sup>	<b>scōpae fimbriātae</b>
<b>Putzschwamm</b>	scouring pad	éponge à recurer	estropajo con esponja	spugna abrasiva	<b>spongia +abrāsiva</b>
<b>Bürste</b>	brush	brosse	cepillo	spazzola	<b>pēniculus, -ī m.</b>
<b>Bürstenkörper</b>	block	monture	lomo	dorso	<b>dorsum pēniculī</b>
<b>Borsten</b>	fibres	fibres	cerdas	setole	<b>saetae, -ārum f.pl.</b>

<b>Abfalleimer</b>	refuse container	poubelle	cubo de basura	bidone dei rifiuti	<b>situla pūrgāmentā ria</b>
<b>Deckel</b>	lid	couvercle	tapa	coperchio	<b>operculum, -ī n.</b>
<b>Griff</b>	handle	poignée	asa	manico	<b>manubrium, -ī n.</b>
<b>Eimer</b>	bucket	seau	cubo	secchio	<b>situla, -ae f.</b>
<b>Ausguss</b>	pouring spout	bec verseur	pitorro	beccuccio	<b>rōstellum, -ī n.</b>
<b>Henkel</b>	handle	anse	asa	manico	<b>ānsa, -ae f.</b>

**Haec vocabula domestica  
excerpsit et in Latinum convertit**

**Nicolaus Groß  
LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.com/>

**Proxima pars sequetur: VOCABULA AUTURGICA**

**HANC EPISTULAM LEONINAM  
QUADRAGESIMAM SEPTIMAM**

**SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE COMPOSUIT**



**d. 29<sup>o</sup> m.Apr., a.2011**

**Nicolaus Groß**

**LEO LATINUS**



**<http://www.leolatinus.com/>**